

Examen VWO

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | **90**

Tijdvak 1
Maandag 14 mei
14.00–17.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 Iam stabant Thebae, poteras iam, Cadme, videri
2 exilio felix: soceri tibi Marsque Venusque
3 contigerant; huc adde genus de coniuge tanta,
4 tot natas natosque et, pignora cara, nepotes,
5 hos quoque iam iuvenes; sed scilicet ultima semper
6 exspectanda dies homini est, dicique beatus
7 ante obitum nemo supremaque funera debet.
8 Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, secundas
9 causa fuit luctus, alienaque cornua fronti
10 addita vosque, canes, satiatae sanguine erili.
11 At bene si quaeras, Fortunae crimen in illo,
12 non scelus invenies; quod enim scelus error habebat?

Na een beschrijving van de entourage waarin de gebeurtenissen zich afspelen, vervolgt de dichter:

13 Dumque ibi perluitur solita Titania lympha,
14 ecce nepos Cadmi, dilata parte laborum,
15 per nemus ignotum non certis passibus errans
16 pervenit in lucum; sic illum fata ferebant.
17 Qui simul intravit rorantia fontibus antra,
18 sicut erant, viso nudae sua pectora nymphae
19 percussere viro subitisque ululatus omne
20 implere nemus circumfusaeque Dianam
21 corporibus texere suis; tamen altior illis
22 ipsa dea est colloque tenus supereminet omnes.
23 Qui color infectis adversi solis ab ictu
24 nubibus esse solet aut purpureae aurorae
25 is fuit in vultu visae sine veste Dianae.
26 Quae, quamquam comitum turba stipata suarum,
27 in latus obliquum tamen adstitit oraque retro
28 flexit et, ut vellet promptas habuisse sagittas,
29 quas habuit, sic hausit aquas vultumque virilem
30 perfudit spargensque comas ultricibus undis
31 addidit haec cladis praenuntia verba futurae:
32 „Nunc tibi me posito visam velamine narres,
33 si poteris narrare, licet.” Nec plura minata
34 dat sparso capiti vivacis cornua cervi,
35 dat spatium collo summasque cacuminat aures
36 cum pedibusque manus, cum longis bracchia mutat
37 cruribus et velat maculoso vellere corpus.
38 Additus et pavor est; fugit Autonoeius heros
39 et se tam celerem cursu miratur in ipso.
40 Ut vero vultus et cornua vidit in unda:
41 „Me miserum,” dicturus erat; vox nulla secuta est;
42 ingemuit; vox illa fuit; lacrimaeque per ora
43 non sua fluxerunt; mens tantum pristina mansit.

Ovidius, Metamorphoses, III, 131–142 en 173–203

Tekst 2

In deze tekst lees je het antwoord dat de Athener Solon gaf aan koning Croesus, de rijkste man van zijn tijd, op diens vraag wie hij beschouwde als de gelukkigste man ter wereld.

1 Solon antwoordde: „De Athener Tellos. In de eerste plaats was Tellos gezegend met
2 voortreffelijke kinderen en het ging zijn vaderstad ook goed en hij mocht het belevan dat
3 al die kinderen ook weer kinderen kregen en dat ze allen in leven bleven. In de tweede
4 plaats viel hem na een leven van welstand, althans naar onze maatstaven, een schitterend
5 levenseinde ten deel. In een veldslag namelijk tegen de bewoners van het naburige
6 Eleusis kwam hij de zijnen te hulp, dreef de vijanden op de vlucht en stierf daarbij de
7 heldendood. De Atheners begroeven hem op staatskosten daar waar hij gesneuveld was
8 en bewezen hem grote eer.”

Herodotus, Historiae, 1, 30

Tekst 3

1 Bespiedde ik je bij het baden
2 ik werd door de honden verscheurd
3 maar je torso laat zich wel raden
4 ook zonder dat zoiets gebeurt
5 Bespiedde ik je bij het jagen
6 met hoog opgeschorte kledij
7 ik zou om je pijlen vragen
8 ze schoten hun doel niet voorbij
9 In je heiligdom te Amstelveen
10 kijkt stil de maan door de vensters heen
11 en ziet de nimfen slapen
12 Diana, onder 't laken
13 droomt zich een vruchtbare godin
14 met kinderen en een gezin

Kees Winkler, Voor Diana

Tekst 4

Inleiding

Pentheus, een kleinzoon van Cadmus, was zijn grootvader opgevolgd als koning van Thebe.

Toen zijn neef Bacchus naar Thebe kwam, weigerde Pentheus hem als god te erkennen. In felle bewoordingen verzette hij zich tegen de invoering van diens eredienst, die een extatisch karakter droeg en waartoe vooral vrouwen zich aangetrokken voelden. Zijn verzet baatte echter niet. De eredienst van Bacchus kreeg steeds meer aanhangers, onder wie zijn moeder, Agave, en haar twee zusters, Autonoe en Ino.

Om Pentheus te straffen voor zijn afwijzende houding, haalde een geheimzinnige vreemdeling, waarschijnlijk Bacchus zelf, Pentheus over de feestende vrouwen te bespieden op een open plek in een bergwoud. Toen de vrouwen hem zagen, hielden zij hem in hun extatische razernij voor een wild zwijn.

Tekst

- 1 Midden in het gebergte bevindt zich, omgeven door bossen,
2 een plateau zonder bomen, van alle kanten goed zichtbaar.
3 Hic oculis illum cernentem sacra profanis
4 prima videt, prima est insano concita cursu,
5 prima suum misso violavit Penthea thyrsos
6 mater et: „O geminae,” clamavit, „adeste, sorores!
7 Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,
8 ille mihi feriendus aper.” Ruit omnis in unum
9 turba furens; cunctae coeunt trepidumque sequuntur,
10 iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem,
11 iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
12 Saucius ille tamen: „Fer opem, matertera,” dixit
13 „Autonoe! Moveant animos Actaeonis umbrae.”
14 Illa, quis Actaeon, nescit dextramque precantis
15 abstulit; Inoo lacerata est altera raptu.
16 Non habet infelix quae matri bracchia tendat,
17 trunca sed ostendens deiectis vulnera membris
18 „Aspice, mater” ait. Bij het zien begon Agave te juichen,
19 wierp haar hoofd in haar nek, en toen, met wapperende haren
20 hield ze het hoofd van haar zoon, losgerukt, in haar bloedige handen.
21 Roepend „Vriendinnen, hoera, dit betekent voor ons de overwinning.”
22 Evenals loof in de herfst, beroerd door de koude, wat los al,
23 snel uit het hoge geboomte geplukt door een windvlaag, omlaag valt,
24 zo werden armen en benen verspreid door misdadige handen.
25 Door dit voorbeeld gemaand brengen nu nog de vrouwen van Thebe
26 offers, in riten voorheen onbekend, wierook op gewijde altaren.

Ovidius, *Metamorphoses*, III, 708–733

Aantekeningen

- | | |
|-----------|---|
| regel 3 | sacra <i>Neutrum plurale.</i> |
| regel 3–6 | Subject mater. |
| regel 3 | illum <i>Bedoeld wordt Pentheus.</i> |
| regel 4 | conciri <i>afstormen op</i> |
| regel 5 | Penthea <i>Griekse accusativus.</i> |
| regel 13 | umbrae <i>Poëtische pluralis.</i> |
| regel 14 | quis Actaeon <i>Vul aan sit.</i> |
| regel 15 | Inoo raptu <i>door een stevige ruk van Ino</i> |
| regel 16 | bracchia <i>Antecedent van quae.</i> |
| regel 17 | truncus <i>gapend</i> |

Einde